

S. PATRIS NOSTRI

CYRILLI ARCHI-
EPISCOPI HIEROSOLY-
MORVM, CATECHESSES ILLVMINA-
TORVM HIEROSOLYMIS XVIII.
ET V. MYSTAGOGICAE.

*Que tempore quidem Hieronymi & Damasceni
extabant, vt ipsi testantur: proximis vero ali-
quot seculis, in abstrusis quibusdam locis delite-
scentes, nunc primum Latinitate donata in lu-
cem prodeunt.*

Num. 2. cap. 4. num. 21.

Ioanne Grodecio P. & I. V. D. Decano Glogo-
uensi, Vratislaviensi, Varmiensique Cano-
nico, interprete.



ANTVERPIAE,
Excudebat sibi & Materno Cholino, cui Colo-
nienfi, Christophorus Plantinus.

M. D. LXIII.

CVM PRIVILEGIO REGIO ET
CAESAREO.

Spela Comp^o de H. de Sala.

CYRILLI A R C H I
E P I S C O P I H I E R O S O L Y
M O L Y M , C A T E C H E S E S I I E V M I N A
L O R U M H I E R O S O L Y M I S X V I I I

T E N O R P R I V I L E G I I ,

Regis Privilegio cautum est, ne quis San-
cti Patris nostri Cyrilli Catecheses &c.
citta Christophori Plantini voluntatē,
à die impressionis absolute ad quadrien-
nium imprimat, aut alicubi impressum
vendat, venalem ve habeat. Qui secus
faxit, confiscationis librorum, & quin-
quaginta florenorum pœna, fisco Re-
gio exoluenda, multabitur: vt latius in
Regio diplomate expressum est. Dato
Bruxellæ x x v i . Maij, anno Domini
M. D. LXIII.

Signat. I. Fabri.

A N T V R P I A E
E x c e l l e n t i s s i m i s M a g i s t r o C h a m b e r l a n o C o l o -
n i e n s i C h r i s t o p h o r o P l a n t i n o

M. D. LXIII

C Y M R I V I L E G I O R E G I O R I
C A T E C H E S E S

[Faint handwritten text at the bottom of the page]

REVERENDISSIMO

IN CHRISTO PATRI, ET
Domino, D. Caspari Dei gratia Epi-
scopo Vratislaviens. superioris & infe-
rioris Silesiæ Capitaneo, Domino co-
lendissimo, Ioannes Grodecus, Deca-
nus Glogouiensis, Vratislaviensis Var-
miensisque Canonicus, florentem Fe-
licitatem.



CATECHESON nostri tempo-
ris, quæ noua semper à nouis autho-
ribus euduntur, plena sunt omnia:
per quas plerique omnes nouatores,
opiniones suas de religione, imperi-
tæ iuuentuti tradere, & vulgò spar-
gere contendunt: Sed si quis eas cum veteribus pa-
trum Catechesibus comparare velit, dis-
crepare ab illis conspicientur. Tutius autem ac
multo consultius fuerit, principia nostræ religionis,
è puris fontibus Patrum haurire, quàm turbidos
de generum filiorum riuulos consecrari. Quamuis e-
nim noui homines isti de puritate doctrine pluri-
mum gloriantur, quam è sacra scripturæ fontibus, se
hausisse fingunt: si quis tamen, sano mentis oculo
pressius intueatur, nil nisi turbidum cœnum, & vo-
lubiles arenas, sub splendido verbi Dei pre-textu, ab
illis spargi conspiciet. Nam & cum ipsis scripturis
sacris sanè intellectis: & cum orthodoxis patribus,

PROCATACHESIS,
SIVE PRÆFATIO CATECHE-
SEON SANCTI PATRIS NOSTRI
CYRILLI ARCHIEPISCOPI HIE-
ROSOLYMORVM.

ΚΕ ΕΥΛΟΓΗΣΟΝ.

IOANNE GRODECIO INTERPRETE.



IAM est beatitudinis odor in vo-
bis, ô illuminati : iam spiritales
colligitis flores ad plectēdas cæ-
lestes coronas: iam Spiritus san-
cti spirauit fragrantia : iam circa
porticum regalis palatij fuistis,
vtinam verò & ab ipso rege introducamini. Flo-
res nunc arborum apparuerunt : vtinam verò &
fructus perficiatur. Nomina iam in Christi mili-
tiam vocati dedistis, & spōsales lampades vobis
donatæ, & regni cælestis desiderium, bonum-
que propositum, & spes subsequens. Neque e-
nim falsus est qui dixit: quòd, diligentibus Deū,
omnia cooperantur in bonum. Liberalis nam-
que est Deus, & pronus ad beneficentiam: expe-
ctat tamen cuiuslibet propriam voluntatē. Pro-
pterea subiecit Apostolus: Secundum propositum
vocatis sanctis. Propositū cum adest proprium,
vocatū te facit: nam etiamsi corpus hūc habeas,
mentem verò non adhibeas, nihil tibi proderit.
Accesserat aliquando Simon Magus ad hoc lūa-
crum, baptizatus est, sed non illuminatus: & cor-

B

pus

CYRILLI ARCHIEPISCOPI

HIEROSOLYMITANI, CATECHESIS
*mystagogica prima, ad eos qui recens sunt bap-
 tizati. Et lectio ex prima Petri Catholica Epi-
 stola, ab eo quod legitur: Sobrii estote & vigila-
 re: usque ad finem eiusdem Epistola.*

IOANNE GRODECIO D. G. C. VV.

INTERPRETE.

DESIDERABAM vobis & antea, o
 germani & dilecti Ecclesie filij, de his
 spiritualibus & supercaelestibus my-
 sterijs differere: sed cum plane credi-
 derim, visum longe esse auditu certiore, tempus
 hoc praesens expectavi, ut & vos ipsi melius per-
 cipere possitis, experiētia iam edocti, de his quae
 dicenda sunt: & ego ut facilius vos ad splendidio-
 rem, & fragrantiore huius paradisi campum ma-
 nu ducerem: quando quidem participes iam facti
 estis diuinorum mysteriorum, diuinoque ac viui-
 ficante lauacro digni habiti. Cum itaque reliquū
 sit, ut perfectioris doctrine mensam apponamus,
 agē haec ipsa nobis accuratius trademus: ut vim
 eorum non ignoretis, quae circa vos illo vespere
 fiunt. Primum ingressi estis in porticum domus
 baptisterij, & stantes versus occidentem, manda-
 ri vobis audistis, ut protensa manu, tanquam praesenti
 satanae renuntiaretis. Scire autem conuenit,
 figuram eiusmodi in veteri historia positam esse.
 Cum Pharaeo acerbissimus & crudelissimus ty-
 rannus, liberum & generosum Hebraeorum
 Y popu-